



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De Examine Ordinandorum, parag. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

aliis Ordinibus ad altiore gradum ascenditur.

Ad id, quod additur. Respondet, etiam patrem conuictum cum Doctis habere Sacerdotem Sæcularem, si suo officio non desit, vocandi semper in Ecclesijs. Preterea nullum Episcopum inuenies, qui te velit promovere ad Sacerdotium ob solam spem, quod Patrem, Fratresque germanos habeas, qui te continuo instruant. Instructos Sæci Canones, & præcipue Tridentinum requirunt, non instruendos.

Non autem esse tam rigidus, volo, ut non approbem illa duo, quæ merito approbat

ab examine prædicto promovendi ex societate, omnesque fere Religiones contendant, hoc idem Privilegium ipsis per communicationem fuisse concessum (id, quod meum, nunc decernere, non est) ideo solum Episcopis dico, eos posse acquiescere examini, seu approbationi factæ à Superioribus Religiosis promovendis, sicuti acquiescere idem Episcopus solet suis propriis Examinatoribus. Id autem dico, quando Episcopo moraliter constat de sinceritate, & diligentia dictorum Superiorum. Quod addo, quia nimis frequenter adverti, Superiores plus æquo esse in re hæc indulgentes suis Religiosis, cum tamen ipsos Religionum Prælatos respiciat Præceptum Tridentini, ut diligenter examinent promovendum.

§. V.

Quia dispenset in defectu Scientiæ?

1. Si constet, esse quempiam illiteratum sine eo gradu, quo §. 1. dictum est, statim constabit, eum esse Irregularem ita, ut nemo illum dispensare, nisi summus Pontifex, possit. At, quia, ut in simili supra notavimus, sæpe Episcopo declarare conceditur, imperitiam non esse in eo gradu, qui constituit hominem illiteratum, atque adeo Irregularem, ideo poterit tunc Episcopus eundem ad Ordines promovere.

CAPUT XIII.

De Irregularitate ex mala Usurpatione Baptismi.

EX aliorum Sacramentorum abusu nulla a Castrop. oritur Irregularitas, præter Baptismum, de Conf. d. & Ordinem, de quibus jam brevem tractationem aggredior. 6. p. 16. Laym. l. 1. p. 5. c. 2. Suar. d. 42. de Conf. scilicet 2.

§. I.

De Baptismo male suscepto.

1. Qui Baptismum (utique validum) ab Hæretico scienter extra calum necessitatis recipit, Irregularis est. b Suar. 3. p. 13. d. 35. §. 6. sine Theof. de penis Eccl. p. 2. ff. Bapt. 2. Dixi (scienter) nam, cum Infans (quicquid dicat Majolus) tum Adultus, qui hanc prohibitionem nescit, sicuti excusatur à culpa, sic & excusatur ab hac pena. G 3. Dixi

§. IV.

De Examine Ordinandorum ad cognoscendam eorum peritiam.

1. Juxta Tridentinum, e ut diximus, omnes, etiam Regulares, sunt diligenter examini subdendi. Circa quod, cum declaratione non indigeat deo adverte dumtaxat.

Primo, si ordinandus sit aliunde notus, posse examini non subijci, ut notat recte Sanchez. d. Immo convenientius fore, puto, si ille non examinatur, quando eius certa peritia est, ut nimirum intelligant omnes, benigne, immo, & cum decore excipi ab Ecclesia, Sapientes.

Secundo, Regulares ex vi Tridentini citati subduntur examini Episcoporum, ut probat Castropal. e non obstantibus eorum privilegijs. Tamen, quia post Tridentinum adest Privilegium Gregorii XIII. quo videtur eximi

Tamò in re de Sacramentis.

Majol. de Reg. l. 1. c. 1. n. 7. Henr. M. al. et. 2. Portalla in lu. Reg. n. Dr. Sacr. n. 7. Glian. de Conf. p. 1. g. 1. an. Gibal. de Reg. c. 1. q. 3. n. 6. in Conf. p. 1. n. 8. si. que p. 1. Dicitur p. 1. r. 16. n. 29. p. 4. r. 20. 7. Castrop. l. 6. de Conf. p. 10. n. 6. Lelean in summ. T. 1. r. d. Ord. d. 7. conel. 4. Trad. p. 23. n. 1. d. Reform. d. Sacr. in conf. l. 7. c. 1. 4. n. 8. e Castrop. Ord. p. 8. n.